

catores omnes ibidē constitutos ad eos tūde
etiā declinantes possunt dispensare sup irregulari-
tate: quā contraxissent: si excoicatione vel sus-
pensione innodati diuina celebrassent: vel locis
suppositis ecclesiastico interdicto. Itē ab irregu-
laritate quā contraxissent recipientes ordines
solicari. Bonifa. virtute. Itē omnes p̄dicti pla-
ti ordinis p̄dicatoz a suis cōfessoribus possunt
recipere dispensationē sup p̄dictis irregularitati-
bus si eas contraxissent in quibus. s. ipsi valent
dispensare. Clemens. exigentibus. Idē puto de
fratribus minoribus: quia cōter dicitur q̄ su-
mus pares in priuilegijs. De alijs sententijs ha-
bes in locis suis.

**Titulus. xxx. de penis: de multiplici genere pe-
narum tam dei q̄ fori ecclesiastici et civilis. c. i.**

Quia de penis
quibusdā. s. ecclesiasticis buc
usq̄ actum est. s. excoicatio/
nis interdicti suspensionis et
irregularitatis: nunc breuissi-
me de penis in genere aliqd tractet. Et p̄ fun-
damento huius mater le sumat regula iuris: que
dicit sine culpa nisi sub sit causa nō est aliquis pu-
niendus: extra de re. iur. que regula locū habet i
iudicio poli et in iudicio fori: et cū pena sit mul-
tiplex: vt infra dicet. In iudicio qdem poli sue
dei pena spūali que p̄ncipaliter tangit animaz
sue sit subtractio gratie sue pena dāni. i. p̄uatio
nis glorie: sue sit pena sensus. i. cruciatiōis ignis
infernalis nūq̄ punit aliquis sine culpa sua vel
peracta quantū ad originale: vel cōmissa quantū
ad actuale peccatū. Unde qd dicit exo. 20. Ego
dominus zelotes visitans peccata patrū filios
vsq̄ in tertiā et quartā generationē: intelligit de
imitatoribus paternoz scelerū: vt exponit gra-
tianus. i. q. 4. §. vbi etia; pat alias expositiōes
ad dictam auctoritatē. Alijs autē penis q̄bus/
cūq̄ i iudicio dei punit q̄s: nō solū p culpa sua
cōmissa vel cōmittenda vt. s. euitetur: sed etiam
p culpa alterius: nō tamē sine cā et iustissima et
si nobis ignota. Unde Aug. 23. q. 4. de tiris et si-
donibus sic ait. Et si rationē facti p̄funditatē in-
dicis p̄ dei penetrare n̄ possumus: verūtm̄ scim̄
esse qd dixit: et iustū esse qd fecit: hinc et Grego. i
mo. si iusta deo placere scimus: pati autē nulla ni-
si que deo placuerint possumus: iusta sūt cuncta
q̄ patimur: et valde iniustū est si de iusta pena vt
passione murmurē. Quinq̄ nanq̄ de causis
deus hoīem flagellat in vita p̄nti sue penas in-
fert: vt ponit magister sniarū in. 4. dist. 15. c. 2. **¶**
Primo vt deus glorificet dum. s. miraculose
remotio pene sue flagelli: exemplū de ceco na-
to. Job. 9. de lazaro resuscitato. Jo. 2. **¶** Secun-
do vt meritū accumelet p exercitiū patientie: ac
etiā virtus latens intus alijs manifestet: exēpla

in Job. i. c. et thob. 2. **¶** Tercio vt virtus p̄seruet
p humiliationē flagelloz: exemplū in paulo q̄ d
se dicit. et ad Cor. 12. ne magnitudo reuelationis
extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee
angelus satane et c. qui stimulus fm Remigius
fuit quedam infirmitas corp̄alis. **¶** Quarto vt
eterna dānatio hic inchoet: vt. s. aliquatē ostēdat
qd in inferno patiet: exemplū in herode actu. 12.
et in antiocho. 2. machab. 8. **¶** Quinto vt homo
purificet vel p expulsionē culpe: cū. s. ex flagellis
conteritur: exemplū de maria sorore aaron. Nu-
meri. 13. a lepra infecta ex israelitis pstratis i de-
sero fm Hiero. 25. q. 4. quid g. vel ad satisfacti-
onem pene: exemplū in dauid qui p̄ remissionē
adulterij cōmissi quo ad culpā in penas fuit ex-
pulsus de regno: vt patet in secūdo R. qd notat
Gregl. de peni. di. i. si peccatū dauid. Possz etiā
dici omnē penā quā patitur pcedere ex culpa
nostra saltem originali cū qua nascimur: qz ipsū
ē cā omniū pnalitatū: ar. di. 5. ad eius. Punitur
etiā quis a deo in vita p̄senti: nō solū p culpa
sua: sed etiā p culpa alterius. et hoc triplici ratioe
fm Tho. 2. 2. q. 108. **¶** Primo qd inquantus
vnus homo sp̄aliter est res alterius: et ita in pe-
nam eius et ipse punit: sicut filij fm corpus sunt
quedā res patris: et serui et aīalia res dñoz: et sic
filij puniunt qñq̄ p parentib: sicut filius natus
ex adulterio dauid mortu⁹ fuit qz citius: et aīa-
lia amalechit: p iussa sūt interfici q̄uis et in hu-
iusmodi sit ratio mystica: vt habetur. i. q. 4. §.
¶ Secundo inquantū peccatū vnus deriuatur
in alterū: et hoc p imitationem. sicut filij imitant
peccata parentū: et serui peccata dñi: vt auda-
cius p̄ccent: vel p modum meriti: sicut peccata
subditoz merent peccatozē p̄latis. fm illud iob
Regnare facit hypocritā p̄p̄ peccata populi vl
ppter aliquē cōsensum vel dissimulationē: sicut
etiā interdū boni puniunt cū malis: qz corū pec-
cata nō redarguūt: vt dicit Aug. in primo de ci-
uita. dei. **¶** Tercio ad cōmendandā vnitatē hu-
mane societatis: ex quo vnus homo debet pro
alio sollicitus esse vt nō peccet et ad detestationē
peccati dñi. s. pena vnus redundat in omnes q̄ si
oēs sint vnū corpus: exemplū de peccato achor
iosue. **¶** Itē vt dicit gratianus. 23. q. si. aliquan-
do deus punit malos p legitimam potestātē ge-
rentes ex mandato suo: et si cum merito punien-
tiū: sicut puniunt peccata cananēozū per populū
suum aliquando punit: et si per populos suo ius-
su excitatos: nō tamen intendentes deo obsecui
sed sue satisfacere cupiditati: et ideo cū sui dam-
natione: sicut punit populū suū per alienigenas
Quacūq̄ autem de causa q̄s punit: si nō susti-
net patienter penas: sunt eis flagella nō ad satis-
factionē: sed ad vindictam tantū. i. p̄uentionem:
iuxta illud Deutro. 32. ignis. s. pene tēporalis atq̄
succensus est in furore meo. i. in p̄uentione: et ar-
debit vsq̄ ad inferni nouissima. i. vindicta hic in-
cipiet et ardebit vsq̄ ad extremam dānationē

Titulus.

cernit effractorē vel furcū diurnū a nocturno:
et nocturnus qdem actus punit. ¶ Quanto con
siderāda est q̄litas facti p quā atrocius vl̄ leui⁹
est: vt furta manifesta acrius puniunt q̄ nō ma
nifesta et crassatura q̄ est violenta illata a latro
nibus: grauius q̄ iura: que ē conflictus alterca
tio: p hoc etiā dīcīm̄ expilatio que ē subtrac
tio rerū hereditariarū anteq̄ hereditas adeatur
a furto: et petulantia q̄ fit p quandā lasciniā disti
guīt a violenta. ¶ Sexto considerat quātas p
quā discernit abigeus. i. qui gēgē rapit a fure q̄
vnū suum rapit. ¶ Septimo considerat euentus
i. si res habuit effectū: vt si alius est demens: ni
hilus est aliqd contra aliū et res habuit effectum
cōdemnabit: si nō habuit effectū nō cōdemna
bit: nisi in aliquib⁹ atrocibus q̄ ad aliquē actum
extrinsecū pcedūt: vt si quis occidendi cā cū te
lo perussit vel si qs attēuerit rapere moniales
p matrimonio et alia huiusmodi: hec oīa habent
tur de peni. di. i. circa p̄cipiū. ¶ Pena autē q̄ in
figit̄ in foro iudiciali siue humano ē sub triplici
genere. ¶ Primum genus est pena spiritualis: et
hec est quadruplex et excepta vltima solum in
ferē in foro ecclesiastico. ¶ Et prima est increpa
tio. di. sp. puenit. que est quasi pambulum ad se
quentē: hec etiā locum habere potest in foro se
culari. ¶ Secunda est censura ecclesiastica. i. ex
cōmunicatio interdictū et suspensio: de ver. sig.
c. querenti. et pena excommunicationis nunq̄ pun
iendus est vnus p peccato alterius: vt cyp: esse
dicit Aug. 24. q. 3. si habes. nec inferenda est ta
lis pena: nisi p culpa vera vel psumpta sue pba
ta. pena autē suspensionis et interdicti punit lege
quis sine culpa sua: nā interdicitur ciuitas p pec
cato domini: et suspendit̄ clericus ab officio pro
pter amissionē visus vel lep̄a. ¶ Tertia est pe
na depositiois vel degradationis. di. 5. si epus.
quia nō imponitur nisi p crimine proprio et no
tabili. Et vbi p contumacia imponit: primo ta
lis debet suspendi: postmodū crescente contu
macia excommunicari: deinde deponi. 23. q. 4. for
tes. vbi autē fertur depositio p crimine: et si corri
gibilis apparet: post hanc penam nō excommuni
catur. ¶ Quarta est pena infamie qua punit̄ qs
quandoq̄ sine culpa sua: nam et sancti viri aliqñ
de facto infamantur: qđ deus permittit ad corū
humiliationem ne extollantur ex laude eis ex
hibita: aliquando vltra eorum merita: vt dicit
Gregl. 6. q. i. sunt plurimi. sed in iudicio huma
no hac non punitur nisi pro culpa vel sua: vt 6.
q. i. infames. vel alterius: vt in crimine lese ma
iestatis. 6. q. i. si quis cum militibus.

narum est vt pena corporalis: & hec quidem est
multiplex. **P**rima quidē incarcerationis vel
abstinētie fuit ieiunij: que solet infligi incarcera
tis pro eorum sceleribus in vtroq; foro: de hac
potest intelligi illud. c. si quis cōtristatus. di. 90.

[illegible]

27. q. i. si homo esses. **S**ecunda est pena vberationis que etiam in vtroq; foro inferitur: s; nō nisi pro peccato proprio: vt. 4. s. di. 6. saloni. 23. q. 5. circūciliores. **T**ertia est truncationis membrorum. **Q**uarta est mortis: et hac duplici pena nō vtitur ecclesiasticum iudicium: duplici enim petro conuertere gladium in vaginam. **M**atth. 26. immo ecclesia debet intercedere etiam pro eis: ne occidantur moderate tamē. 23. q. 5. reos sanguinis. in iudicio autem seculari nunq; debet inferri pena mutilationis vel occisionis sine culpa propria commissa fm **Tho. 2. 2. q. 108.** nec etiam talem potest inferre reo qui cumq; iudex vel rector: sed habens merum et iustum imperium ex se vel ex delegatione. **Q**uia est pena exilij qua vtitur vterq; forus. di. 63. in synodo. **E**xilium autem hoc potest esse triplex: vnum est in certo loco: vt cum quis detruatur in monasterium. extra de adulterijs. c. peruenit. **A**liud a loco certo quando scilicet prohibetur stare in loco certo. 2. q. i. i. primis. **T**ertium est ab omni loco: vt cum interdicitur quibusdam penitentibus ne morientur in aliquo loco vltra vnum vel duos dies. de peni. di. 6. sacerdos. **P**ena etiam seruitutis imponitur et per leges et per canones in certis casibus. **T**ertius genus pene est substantie temporalis vel dignitatis: et hoc etiam inferitur in foro ecclesiastico et seculari: et aliquando sine culpa propria: nā propter crimen lese maiestatis amittunt filij hereditatem paternam: et illegitimi bonozibus priuantur ecclesiasticis et secularibus: et quandoq; qui dem inferitur alicui hec pena simpliciter scilicet publicationis et confiscationis omnium bonoz sicut in hereticis. di. 8. quo iure. et di. 6. adrianus. **A**liquando inferitur in certa parte vel quantitate pro iniuria illata persone vel loco: vt. 17. q. 4. si quis contumax. 2. c. si quis in atrio. que tamen quantitas arbitrio iudicis relinquenda est: aliquando vero pro satisfactione illati damni imponitur: vt pro furto vel rapina et huiusmodi. **E**t nota fm **guy.** q. 2. q. 3. pena conuentionalis de communi consensu partium apponitur loco interesse: peti potest sine peccato quantum est interesse cui promissa est vel impedimento. ff. de act. ven. l. pedia. **S**i vero apponatur pena in fraudem usurarum: non potest peti: extra de emp. et ven. ad nostrā. concor. omnes ber. et de arbitris in glo. super. c. dilecti. et idem dicit expse **Inno.** extra de peni. in glo. sup. c. suam. et addit. **I**tem credimus si pena interesse excedat: licite tota petitur. **S**atis etiam videtur **hostien.** in glo. ibidē concordare specialiter de pena iudiciali: et addit q. si aliqua partium de adimplendo dictum arbitrorum fecit qd potuit: sed tamen paupertate vel impotentia pressa totum implere nō potuit licet mero iure teneatur ad penam in solidū: tamen de benignitate canonica nihil ē vltra q̄ in-

terfit exigendum: sic intelligas extra de penis. c. suam. **C**onventionalis autem extra iudicium facta peti potest quatenus interest nisi apponatur in fraudem. **I**tem in predictis non ita licet clericis emungere crudeliter. **I**tem etiam **hostien.** in summa sua dicit q. religiosi possunt petere penam ab eo qui non seruat arbitrium: siue in pecunia consistat siue in alio: vt. i. q. 7. quotiens. pena etiam a iure permessa peti potest. 12. q. 2. c. episcopus qui. **I**tem iudicalem petere possunt: conuentionalis autem peti potest que succedit loco interesse: sed non causa auaritie et in detrimentum alterius partis: extra de preben. c. auaritie. **E**t **ber. et hos.** simpliciter dicunt q. persone ecclesiastice possunt exigere penas tam a iure inductas q̄ conuentionales: pena autem soluta vt dicit **hostien.** in summa non stabit contractus siue sententia arbitri: nisi in compromisso dictū sit: q. pena soluta remaneat sententia rata. **C.** de transact. l. cum proponas. idem **ber.** **I**tem fm **guy.** tam domini q̄ milites et ecclesiastice persone possunt retinere illas penas quas leuant fm consuetudinem legitimā et statuta regionis: nec peccant quando in hac parte subest causa et conseruatur iuris ordo: et fit non propter cupiditatem sed propter zelus iusticie. **N**ec obstat q. pena excedit damnum: quia huiusmodi pene non soluz propter interesse statute sunt: sed etiam propter crimina puniendā: sūt tamen temperande pensatis circumstantijs: sed et securius esset huiusmodi excessus emendarū in pios vsus erogari. **I**tem cum reus meretur mortem: iudex ex iusta causa non infert eam ei ad vtilitatem scilicet reipublice: habens super hoc potestatem: si commutat illam penam in pecuniariam: non ex auaritia sed ex iusticia nō peccat. **E**t dicit **hostien.** si omnia bona sua exigeret non videtur nimis: quia vt dicitur **Job** pmo: cuncta que habet homo dabit pro anima sua id est vita: et si quis propter maleficia pecunia multatus non posset soluere: potest ei commutari in corporalem incarcerationem scilicet per verberationem. 14. q. 6. si res. ad penas autem legum positas contra transgressores nō tenetur ipse transgressor: nisi postq̄ fuerint adiudicate. id est postq̄ reus fuerit per sententiam iudicis condemnatus: vt dicit **Ray. et Tho.** scda scda. q. 67. ar. viti. sed sufficit q. prester emendam rei ablate vel iniurie facte ad arbitrium boni viri: generaliter autem iudices punire possunt suos subditos iuxta qualitates culparum et nullus alius. 16. q. 6. c. i. nam iurisdictio sine coertione nulla est: de offi. del. c. pastoralis. **S**cias tamen q. penas maiores vt deponere q̄ ad forum ecclesiasticum: vel decapitare quo ad forumulare non possunt iudices nisi maiores qui etiam dicuntur habere merum imperiū vt episcopi in ecclesiasticis. di. 25. per lectis. et crimine probato: vt dicit **hostien.** **S**i certa pe-

Titulus.

na reperitur in iure illa infligenda est non mollior
neque durior: alioquin infamis sit iudex: nisi hoc
faceret. si in remittendo vel diminuendo penam:
cum videt reipublice expedire et scandalum tol
lendum et huiusmodi: et ipse super hoc habet ple
nam potestatem: et ubi esset alteri facta iniuria: et
passus iniuriam vellet remittere: ut dicit **Tho.**
2^a. 2. q. 67. Posset etiam augere penam aliqua
do ad terrorem aliorum qui prout sunt ad culpam
quia multis crassantibus opus est exemplo. ff. de
penis. l. offert. q. si plures pene taxate sunt: tunc ar
bitrio iudicis relinquatur: et debet illam impone
re que magis timetur: extra ut lit. non contesta. c.
quoniam frequenter. Si vero certa pena statu
ta non est: sed iudici committitur: debet equitate ser
uata semper in humaniorem partem declinare:
extra de transact. c. ex parte. in penis enim beni
gnior est interpretatio facienda. extra de re. iur.
in penis li. vi. et maxime mitigare debet cum cau
sa subest: puta quia non ex proposito sed casu cul
pa commissa est vel propter etatem et huiusmodi.
Et nota secundum **Ray.** q. septem sunt que excusant
a pena sue a culpa. Primum est mentis aliena
tio que tripliciter contingit: quia vel per stuporem
et sic videtur **Aug.** excusare loth qui voluit fili
as prostituere ut hospites liberaret. di. i. 4. qd ait.
vel per suorum. is. q. i. aliquos. vel per ebrietatem
is. q. i. inebriauerunt. et intelligas si ex tota tales
sunt mente alienati alias non excusarentur a toto
sed a tanto. Secundum est coactio: que si fuit
absoluta excusat a toto: si conditionata excusat a
tanto. di. 50. presbyteros. Tertium est decep
tio: ut si forte aliquis dolo alterius deceptus per
errorem probabilem fecit aliquid vel obmisit.
34. q. 2. in lectum. hoc tamen fallit in his que non
licet ignorare: ut que sunt contra fidem vel ex
pressa dei precepta. is. q. i. si cupis. Quartum est mul
titudine in simili peccato: sed hoc non excusat a pec
cato nec a pena diuini iudicii. Unde **Aug.** non
propterea minus ardebit qui cum multis arde
bit. 2. q. i. multi. sed releuat hic aliquantulum ad pe
nam. nam correctio aliquando obmittit cum mul
titudine est in scelere ad vitandum scandalum scilicet
matis vel grauis mali. di. 4. 4. commutationes. et
di. 50. ut constitueretur. Similiter secundum **Innoc.**
et consuetudo excusat quandoque. si a pena tempo
rali. di. 4. denique. sed non culpa et pena eternali:
immo auget culpam: extra de consue. c. si. Quintum
est etas et hec excusat a toto: si est infans vel pu
er non doli capax. is. q. i. illud relatum. quandoque
tamen non a toto excusat: ut si est doli capax: ex
de delic. pu. c. i. alie vero etates secundum eorum varie
tatem attenuant peccata et penas: ar. 86. di. tanta.
Sextum est casus: et si contingat dando ope
ram rei illicite et adhibendo omnem debitam di
ligentiam excusatur a toto: extra de homi. c. io
hannes. Sed si dabit operam rei illicite vel non
adhibuit debitam diligentiam dando operam

etiam rei licite excusatur a tanto. di. 50. clerico.
Septimum est iocatio sue ludus: et si ludus
noxius est vel honestus etiam sed non cum debi
ta diligentia excusatur a tanto. is. q. i. illud. Et no
ta quod postquam quis semel punitus est pro aliquo cri
mine secundum **Ray.** non debet ei aliqua pena infligi:
quia non iudicabit deus bis in idipsum. Naui. 2. et
nemo debet duplici contritione conteri: extra de
iudi. c. ar. si clerici. multotiens tamen pro eadem
culpa imponitur multiplex pena simul in eodem
iudicio: nam tunc omnes ille pene accipiuntur pro
aliqua una: quando per se sufficiens non fuisset.
Sed in diuersis iudiciis non licet bis idipsum iu
dicare: ut dictum est: nisi forte cresceret contu
macia: ut lite non contesta. quoniam frequenter
sic et diuina clementia peccata dimissa in vlti
mis venire non patitur. 23. q. 4. sic illic. de penis
que inferuntur a iudicibus habes etiam. j. in 3.
parte. de iudiciis.

De multiplicitate visitatione dei per penas in vi
ta presenti et in purgatorio. c. 2.

Deus visitabit ple

bem suam luc. 7. ps. 88. visitabo in virga
iniquitates eorum: et in verberibus peccata aut de
us. Primum referatur ad penas vite presen
tis. Secundum de verberibus ad penas pur
gatorii et subdit misericordiam autem meam non
auferam ab eo. Visitauit autem et visitat tripliciter
Primo per spiritualium bonorum collationem: si
cut amicus amicam consolando iuxta illud luc. i.
visitauit nos oriens ex alto et ezech. visitabo oues
meas sicut pastor visitat gregem suum 28. c. con
ferendo eis pastum saluiferum et alia ei necessa
ria. Secundo visitat per flagellationem: sicut
medicus visitat infirmum dando dietam et po
tiones amaras et cauterium et huiusmodi ponendo infir
mo ut sanetur et homines deus visitat diuersis tri
bulationibus iuxta illud iob. 10. c. visitatio tua
custodiuit spiritum meum: et aliquando propter eos
etiam irrationabilia puniunt. Tertio visitat per
malorum ablationem: et sic legitur exo. 4. c. quod audi
tes filii israel quod visitauit dominus eos. tractando
liberationem eorum de seruitute pharaonis prout
adorauerunt: et quod irrationabilia et insensibilia ex
ercerent vel anathematizarent vel morte puniant
alias perdat sit ut dicit gratianus. i. q. 4. 6. is ita
quod non participatione peccati: sed causa sacramenti vel
detestatione peccati vel flagello delinquentium.
Et causa quidem sacri i. spiritualis significationis: ut
thesauri iericho et alia amalechitarum. Iericho
enim luna interpretatur significat mundum istum. Ama
lechite interpretantur lingentes sanguinem et significat
cupidos et auaros etiam demones. Iste interpre
tant viri videntes deum et significat multitudinem
sanctorum. Lapidem ergo iericho et thesauri anathe

matizant aialia amalechitarum. i. interfici iubent
ad exanimandā cupiditatem israhelitice plebis:
et ut significaret qd muri vicioz et thesauri huius
mūdi qd lapides et thesauros Jerico designan-
tur: irrationabiles quoq; vicioz motus: qui per
aialia amalechitarū intelliguntur: nō debent tran-
sire in sortem sanctorū: animalia vero egyptio-
rum et possessiones eoz et pmo genita grandine
et morte consumpta sunt: vt i illis punirent quo-
rum felicitate letabant: et vt daretur intelligi qd
mādus interibit et substantia eius. Sed et terra
israhelitarū in salugine versa est: segetibus eoz
imbres aduersi sunt: animalia eozum sterilitate
et morbis confecta sunt: et auctore suum quem p
beneficia cognoscere noluerūt saltem inter suspi-
ria sentirent. In detestationē vero peccati pecu-
nia simonis damnata est: cui dictus est. pecunia
tua tecum sit in pditionem: quia existimasti do-
num dei et. In detestationem quoq; eiusdē cri-
minis altare et ecclia que per simoniam conse-
crant: nō tam consecrari qd execrari dicunt. Ar-
ca vero et pphete peccatorum suozū ciuium gra-
uitate hostibus traditi sunt: electi quoq; q mur-
mure eozum impediti sūt: nō in penam criminis
sed in expimentum et exemplū patiētie hoc pas-
si sunt. Item populus qd pro peccato achor et fili-
ozum beli in manibus hostiū traditus est: signi-
ficant subditos corporaliter flagellari: vt inf ipsa
flagella platorū seriantur: sicut achor forte de-
prehensus lapidibus obrutus est: sic et nauicula
ione piclatur: vt fugitiuus forte deprehensus
fluctibus immergāt. Aliquando p meritis pre-
latorum deparatur vita subditorū vt prelatis
suis subditi fauētes ad malū eoz cum eis simul co-
ruant: sicut filij isrl diu portantes peccata sacer-
dotum tandē cum eis ceciderūt in manibus ho-
stium. Item dauid populum numerauit: qd pecca-
to gladius domini defecit in populū: sed sicut i
lata gente gloria regis est: ita i diminutione ple-
bis contritio principis. Qui g de numerositate
sue gentis supbiit iure in eius diminutione puni-
tus est. Item paruulos sodomitarū nō excusauit
ignorantia: quin pro paterno scelere celesti igne
consumarent: sed hec igne pena illis diminuta ē
quibus successio paterni sceleris ē adempta: pa-
riter etiā mōstratū ē peccatis parentum puulos
aliqui corporaliter flagellari. Illud idem intelli-
gendū est de pūlis qui p peccato datan et abi-
ron viui descenderūt ad inferos. Item cain pec-
cante canaā filius ei? maledicū gyeci delinquen-
te lepra pcussus transmittitur ad posteros: iude
is clamantibus sanguis eius sup nos et sup filios
nostros. relinquitur et reliquie eozū pene mortis
ebusti adiecte sunt: acab quoq; peccante posteri
eius regni solium amiserūt: et qui de eius semine
in regno iude nati sunt vsq; ad purgatā labē la-
bitur illius familie genealogia: dñi exclusi sunt.
Adiū quoq; elau: vt malachias testat: transiuit

ad idumeos. Ex quibus omnibus colligitur qd
ignorantia peccati nō excusat aliquem: sed his
exemplis nō probantur teneri peccato eozum:
nisi imitatores nequicie eozū. Qui enim de se-
mine elau et ceterozum ad deū conuersi pater-
nam maliciā detestati sunt: nō odium: sed dei cle-
mentiam expti sunt. Item vt Ambro. ait. turba-
tur nauicula petri in qua iudas qui suis meritis
erat firmus turbatus est alienis. Ignorabat au-
tem petrus peccatum iude: non ergo ignorantia
illum excusauit: sed turbatio hec: nō peccati co-
inquinatio: sed corporalis psecutio: ibi intelligitur
quia meritis malozum nōnunq; a deo boni pu-
niantur: vt eozum turbeatur infirmitas. Itē nota
qd puniunt peccata tripliciter. Primo p sacer-
dotes locum dei tenentes: dum. s. iniungitur in-
penitentia satisfactio. Secūdo puniunt homi-
nes: sicut p iudices ecclesiasticos et seculares. Ter-
tio p populos dei ira excitatos: et hic aliqui
per nescientes: aliquando p scientes. Unde gra-
tianus. 23. q. 5. hinc notandū. dicit: aliquando pu-
nit deus p nescientes: aliquando p scientes. Per
nescientes quidem peccata punit: sicut per sena-
cherib et p nabuchodonosor et p antiochum et p
pncipes romanorum et per nōnullos reges gen-
tilium populum israheliticū delinquentem ali-
quādo afflixit: aliquando captiuauit. Unde ipse
dñs ait per pphetam. Virga furoris mei in assur
ipse autem nō cognouit. assur erat virga furoris
domini: quia per eum innumeras gentes diuina
iusticia flagellare disposuit: ipse vero nō cognouit:
quia in superbiā elcatus victoriam quam
asscetus fuerat: nō diuine potentie: sed suis vi-
ribus attribuit. Unde contra eius supbiam do-
minus loquitur dicens: nūquid gloriabit sera con-
tra eum qui fecit in ea: aut nūquid exaltabitur
securis contra eum qui cedit in ea: Quibus simi-
tudinibus satis perspicue ostenditur qd sicut se-
ra et securis nec secare nec cedere ligna possunt:
nisi ab alio regantur: et ideo contra regentem se
non licet superbire: sic illi per quos deus punit
absq; nutu diuine dispositionis nil agere valent:
ac ideo contra regentem se superbire non licet:
tales in eo qd puniunt: deo seruire dicuntur: in
eo autē qd ignorantes sese esse ministros dei ne
impia vanitate superbiunt: mercedem sue serui-
tutis a deo nō nisi temporalem intueniunt: penā
vero superbie suē effugiunt. Unde cum domi-
nus diceret ad prophetam de nabuchodonosor:
quid dabo ei pro labore quo seruiuit mihi
apud tirum. Statim subiungit: da hoc est dato
sibi prouinciā egyptiū et ethiopiā. Cum au-
tem in corde suo superbiens postea diceret: nō-
ne hec babylon quam ego condidi in robore re-
gni mei et cetera. statim immutauit deus ratio-
nalem mentem eius: et induit eum seua bestiali-
tate vt ab hominibus fugiens cum bestiis viue-
ret. Per antiochum quoq; cū idolatriā iudaice

Titulus.

plebis dominus puniret: et pacem quam ex lege dei abiecta et ex sacris nationum assumptis querebat illis in penitentiam vertere: quia dei dispositio nem ignorans sue facultati denationem illi plebis attribuit: imprecatur in eum per prophetam. d. Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt et in regna que non invocaverunt nomen tuum: ne forte dicant in gentibus ubi est deus eorum. Si milititer cum per romanos peccatum mortis christi deus punire decrevisset: orbis excidit et iudaei ceptibus miseram captivitatem suis viribus ascribere ceperant: unde contra eos propheta precatur dicens leua manus tuas in superbias eorum qui te oderunt et qui multa maligne operati monumenta sue victoriae posuerunt in medio atrio tuo. Per scientes peccata puniuntur: sicut per filios israel voluit punire peccata amorceorum et cananceorum et aliarum gentium quarum terram israelitis possidendam dedit: quibus etiam precepit ut nemini eorum parcerent: sed omnes morti traderent: quod propter peccata eorum illis contigisse ex verbis domini apparet: qui dum diceret ad Abraham. Semini tuo dabo terram hanc veluti quereretur: quare non modo das eam mihi. audiuit. Modum enim sunt consummata: cum populus ille de egyptiaca servitute liberatus terram eorum sicut promissus fuerat abrahe in hereditatem accepit. Cum ergo sic divino iussu ad puniendum peccata populi excitantur: sic populus ille iudaicus est excitatus ad occupandum terram promissionis: et ad delendas gentes peccatrices sine culpa noxius sanguis effundit: et quod ab eis male possidebat in ius et dominium rite transeunt bonorum. Cum ergo occulto instinctu aliqui moventur ad persequendum malos: sicut senacharib et ceteri qui populum delinquentem percuti sunt licet occulto instinctu operante illorum meritis incitentur ad persequendum: tamen quia prava intentione non peccata delinquentium punire: sed illorum bona rapere vel sue ditioni subicere querunt: non sunt immunes a crimine. De quibus etiam notandum est quod aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum: et tandem per bonos correctos ipsi quoque puniantur: sicut in libro iudicum legitur de iabin rege cananeo: et de madianitis propter idolatriam populi suscitavit eos deus ut hierusalem affigerent: et terram illam occuparent. Tu autem populus dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret: et per penitentiam deum sibi placare: ex dei precepto et barach comitatus deliborani promissa uxorem labidoch iab in regem cananeo et sisara ducem exercitus sui contriuit et gedeon et zebec et salmana reges madianitarum et oreb et zea duces eorum morti tradidit. Apparet ergo quod aliquando per legitimam potestatem gentes aliquando per populos divino iussu excitatos mali pro peccatis suis non solum flagellantur: sed etiam rite perduntur. Nec est contrarium illud augusti. quo ad marcellinum pro circucellionibus

supplicans rogabat: ut verberibus eos coerceat non morte perderet: quis enim supplicando spacium vite eis reservari poscit: non tamen legem severitatem: quam tales morte plectuntur non observandam docuit.

Titulus. xxxi. de statu comprehensorum in communis. c. i. de deo sumpto tripliciter. per essentiam. et per adoptionem. et per falsam estimationem.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat. ps. li. Sapientissimus salomon loquens de summo deo qui cuncta gubernat inquit proter. 30. Si nomen eius aut filij eius nostri. q. d. non: cui concors dionysius in libro de divinis nominibus. dicens. nec est nomen eius nec opinio: quomodo ergo dicendum ipsum summum dominum sic nominat. d. deus stetit. Sed ad hoc respondet quod ea ratione dicitur deum nomen non habere: quod eius essentia est supra id quod de deo intelligimus et vocem significamus: tamen ipsum prout valeamus nominamus: et nomen eius sepe invocamus dicendo. Deus in adiutorium meum intende. Ubi sciendum quod deus dicitur tripliciter: uno modo proprie et singulariter: et sic deus stetit. Secundo modo large et principaliter: et sic in medio deorum. Tercio modo opinione et fallaciter: et sic in medio deos diiudicat.

Quantum ad primum.

sumendo proprie et stricte istud nomen deus quantum ad id ad quod est impositum nomen ad significandum sic est unus singulariter. Audi israel deus unus est. exod. 20. unde et singulariter dicit deus stetit. Dicit autem Ambrosius quod deus nomen est nature. Pro cuius declaratione dicit Ambrosius in prima parte. q. 13. ar. 8. quod deus verus non est nobis notus in sui natura: sed nobis innotescit ex operibus et effectibus eius: et ex his possumus eum notare. Unde hoc nomen deus non est nomen operationis quantum ad id a quo imponitur ad significationem. Imponitur enim hoc nomen ab universali rebus. pudentia: omnes enim de deo loquentes hoc intelligunt notare deum: quod habet prudentiam universalem de rebus. Unde et dionysius dicit quod deitas est que vidit omnia. prudentia et bonitate perfecta. Ex hac autem operatione hoc nomen deus assumptum impositum ad significandum naturam divinum: et si non a natura: sed ab operatione: ut dictum est sit impositum. Unde et damianus dicit in primo libro. quod deus dicitur ab itin quod est curare et fouere. s. universa: vel ab theyn grece quod est ardere. Est enim deus consumens ignis omnem malitiam: vel a theaste quod est considerare omnia que cuncta pertinent ad operationem divine. prudentie. Et hic solus deus stetit ut non tetur perfectio non transitio temporis: nulla enim